Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sanctis Proto et Iacinto

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

de tales uiros quos intra palacium nu-
tritos morum et generis nobilitas deco-
rabat. Cum igitur nec minis nec blan-
diciis mouerentur in eculeo distendun-
tur et flagellis et ungulis toto corpore
laniati aceto et sale nuditas penetran-
tium uisceribus perfunditur. Et cum hec ala-
criter tollerauerint in craticula assantur
uelut qui in lecto florum uidebantur iacere nul-
lumque lesionum sentire. Deinde in laqueo su-
spendio suspenduntur et corpora lupis
et canibus deponuntur sed cum integra
a fidelibus colliguntur. Passi sunt circa an-
num domini .cc.lxxx. Post multos au-
tem annos corpus sancti Gorgonii translatum est. An-
no autem domini .dcc.lxvi. Episcopus Metensis
nepos Pipini regis ipsos ad Gallias
transtulit et in Gorgoniensi mona-
sterio collocauit. **De Protho et Iacincto.**

Prothus et Iacinctus
fuerunt domicelli et in studio phi-
losophie socii Eugenie filie Philippi
nobilissimi Romanorum generis qui
quidem Philippus a senatu prefecturam
Alexandrie acceperat et illuc Clau-
diam uxorem suam et filios Auitum
et Sergium filiam quoque Eugeniam
omnibus liberalibus artibus et litteris
erat perfecta. Prothus et Iacinctus secum
studuerant et ad perfectionem omnium scien-
tiarum deuenerunt. Eugenia igitur .xv.
etatis sue anno ab Aquilino Aqui-
lini consulis filio petitur uxor. Cui
illa maritum non natalibus sed moribus est
eligendus. Peruenit quoque ad manus eius
doctrina Pauli et cepit animo fieri christia-
na. Permissum erat christianis tunc iuxta Alex-
andriam habitare. Dum illa quasi solacian-
do per gentes ad uillam transiens audiuit
christianos cantantes. Omnes dii gen-
tium demonia dominus autem celos fecit.
Tunc dicit ad pueros Prothum et Iacinc-
tum quos secum instruxerant. Philosophorum sillogismos
scrupuloso studio transegimus aristo-
telica argumenta et Platonis ydeas et
Socratis monita et breuiter quicquid
cantat poeta quicquid orator et quicquid
philosophus excogitat hec sententia excludun-
tur. Dominatio mihi usurpata potestatis sororem
uos sapientia fecit. Simul ergo fratres et Christum
sequamur. Placet consilium et assumpto ha-
bitu uirili ad monasterium [illegible] clausus per
erat uenit quidam ad se feminam ue-
nire sinebat. Cum autem quidam uero cum here-
tico disputans cum eum argumentis [illegible]
non posset magnum ignem accendi fecit
ut ille qui combureretur eius fide [illegible]
probaretur. Quod cum factum esset per ignem
et illesus exiuit. Hereticus autem [illegible]
uellet ab hominibus expulsus est. Ad hunc
ergo cum accessissent et se [illegible] dicerent ille
ait. Recte uiri dicitis quia cum sis femina
uiriliter agis. Nam sexus eius diuino [illegible]
reuelatum fuit. Ab eo ergo cum Protho et
Iacincto monasticum habitum suscepit
et se fratrem Eugenium ab omnibus appel-
lari fecit. Pater autem eius et mater uiden-
tes currum Eugenie domum uacuum re-
disse mitentes undique filiam inquiri
fecerunt sed minime inuenire potuerunt.
Interrogauerunt uates quid de filia fac-
tum sit. Qui responderunt eam a diis inter astra
translatam. Quod credens pater ymaginem filie
fecit et ipsam ab omnibus adorari man-
dauit. Ipsa uero cum sociis in dei timore
perseuerans et mortuo preposito ipsa pre-
ficitur. Erat tunc Alexandrie ma-
trona quedam diues et nobilis Melan-
cia nomine quam sancta Eugenia oleo pun-
gens a quartana liberauit in nomine Ihesu

xpi uero milicia et multa miracula. Sed cum que-
dam ergo matrona fratrem eugenium uirum
esse arbitrans sepe uisitabat. Videns
que elegantiam iuuentutis et pulchri-
tudinis cepit in eius amorem uehementer
exardescere et qualiter cum eo commisceri pos-
set anxia cogitare cepit. Simulans
ergo languorem misit ut ad eam ueniret
et se uisitare dignaretur. Qui cum uenisset ap-
peruit sibi qualiter eius amore capta esset et quod
eius concupiscentia estuaret rogans
ut secum carnaliter commisceretur. Statimque
eum apprehendens amplectitur et ad e-
aueri hortatur. Quod frater eu-
genius abhorruit dicens ei: Recte in-
clancia nomen habes cognominis. Nigre-
dinis es repleta perfidia. Nigra diceris
et obscura filia tenebrarum amica
dyaboli dux pollucionis dux pluctonis(?)
fomentum libidinis soror anxieta-
tis perpetue et mortis filia sempiterne.
Illa uero se deceptam uidens et timens
ne ille scelus publicaret uoluit
ipsi prior detegere clamareque cepit quod
iuuenis se uoluit uiolare. Abiit
ergo ad philippum prefectum et conquesta est
dicens: Iuuenis quidam perfidus xpia-
nus ad me medendi causa ingressus
in me irruens impudenter uoluit me
uiolare et nisi unius ancille que mecum
cubiculo erat fuissem liberata suffra-
gio me libidini sue sociasset. Audi-
ens hec prefectus ira accenditur et mis-
sa apparitorum multitudine eugeniam
ceterosque suos xpi famulos uinctos adduci
fecit diemque statuit in quo omnes tradi de-
berent morsibus bestiarum. Accitisque eis
coram se dixit ad eugeniam: Dic nobis
scelestissime hoc uos xpc uester docuit
ut operam corruptoribus detis et dicta
ma

tronas impudenti uesania uiolentis. Eu-
genia demissa facie ne agnosceretur
ait: Dominus noster castitatem docuit et integrita-
tem seruantibus eternam uitam promisit. Hanc
autem melanciam falsam testem monstra-
re possumus sed melius est ut nos paciamur
quam quod illa cum uicta fuerit puniatur
et fructus paciencie nostre depereat. Ve-
rumtamen adducatur ancilla quam dicit cum se
fuisse testem ut errore eius possit refuta-
ri mendacia. Que cum adducta esset illa
a domina sua docta constanter se opponebat
quod dominam suam opprimere uoluit. Ceterique omnes
de familia similiter depravati hoc se
testarentur. Ait Eugenia: Tempus tacen-
di transiit et tempus loquendi aduenit. Nolo
ut impudica in xpi famulos crimen apponat
et se fallacia glorietur ut ergo mendacium
ueritas superet et sapientia maliciam uincat
ueritatem ostendam non pro iactancia sed pro
dei gloria. Et hec dicens tunicam a capite
scindit usque deorsum sicut usque ad an-
gulum scindit et femina apparuit. Dixit-
que prefecto: Tu enim pater, claudia mater mea,
hii duo qui tecum sedent auitus et sergi-
us. Ego eugenia filia tua. Hii duo pro-
thus et iacinctus. Quod pater audiens et
filiam cognoscere incipiens in amplexus
cum matre ruunt et lacrimas ef-
fundit. Eugenia autem uestibus aureis
induitur et in sublime tollitur. Ignis
autem de celo uenit et melanciam
cum suis consumpsit. Sicque eugenia
patrem matrem fratres totamque familiam
ad fidem xpi conuertit. Ita quod pater pro hoc a pre-
fectura depositus a xpianis episcopus ordi-
natur et in oratione persistens ab infidelibus
occiditur. Claudia autem cum filiis suis
et eugenia Romam redierunt et ibidem
multos ad xpm conuertebant. Eugenia

aũ iniussu imperatoris ygneo clibano (?) la
xo in tybrim p̃cipitat̃. Sꝫ rupto sa
xo sr̃ undas incolumis gradiebatur.
Tunc i fornacẽ ardentẽ p̃iac̃. Sꝫ ex
tincta fornace refrigio utebatur
Recluditur de in in tenebroso carcẽ
sꝫ lumẽ splendidissimũ radiat eidẽ.
Cumq; p x dies sine cibo fuiss; salua
tor eidẽ apparuit ⁊ panẽ candidissi
mũ porrigens sibi dixit: accipe cibũ
d manu mea. ego sũ saluator tuus
q̃ tota mentis intentione amasti.
Eodẽ die quo ad t̃ras descendi ipse
te recipiã. In die igĩ natalis dñi spi
culator mittit̃ ⁊ caput ei abscidit.
Que p̃ mod matri apparuit ⁊ qd die
dñica se sequeretur p̃dixit. Venien
te igĩ die dñica claudia i oratione
posita emisit spm̃. pthus aũ ⁊ iacinc
tus cũ ad ydoloꝝ templũ traherẽt
orãdo simulacrũ cõminuunt ⁊ cũ
sacrificare nollent capitis obtrun
catione martiriũ p̃ modũ cõple
uerunt passi sũt aũ sub ualeriano ⁊ galie
no circa annos dñi cc lvi. **De noie**

Exaltatio sc̃e crucis dr̃ eo q̃ ea
die fides ⁊ crux sc̃a plu
rimũ exaltata fuit. ¶ Notandũ
aũ qd an xp̃i passionẽ lignum
crucis fuit lignũ uilitatis. Quia hui
cruces de lignis uilibꝫ parabãt. ¶
Infructuositatis. Quia quantũcũq;
in monte caluarie plãtaret̃ fruc
tũ minime faciebat. ¶ Ignobi
litatis. quia suppliciũ latronũ. ¶ Te
nebrositatis. quia tenebrosũ ⁊ sine oĩ
decore erat. ¶ Mortis quia ibi hoĩes
morti tradebant̃. ¶ Fetoris quia in
ter cadauera plantabat̃. ¶ Post
passionẽ uo fuit multipliciter ex

altata. ¶ Quia uilitas transiuit ĩ p̃
ciositatẽ. vñ dicit andreas. Salue
crux p̃ciosa ⁊c̃. ¶ Infructuositas in
fertilitatẽ. ca. vii. ascendã in pal
mã ⁊ ap. fruc. ei9. ¶ Ignobilitas in sub
limitatẽ. aug. crux q̃ erat supplĩ
ciũ latronũ transiit ad frontes impa
toꝝ. ¶ Tenebrositas in claritatẽ. crisos.
Crux ⁊ cicatrices radijs solis i
iudicio erunt lucidiores. ¶ Mors
in ppetuitatẽ. vñ cantat̃ ve
vita mors oriebat̃ ⁊c̃. ¶ Fetor in o
doris suauitatẽ. Can. cũ ẽẽt rex
i ac. s. nard. m. d. o. ⁊c̃. **Exaltatio s.**

Exaltatio sc̃e crucis sol **crucis**
lempniter ab eccl̃a celebrat̃ q̃
in ea fides plurimũ exaltata fu
it. anno. n. dñi. d. c. xv. pmittẽdo
dño flagellari p̃plm suũ p̃ seuici
ã paganoꝝ cosdroe rex p̃sa
rũ oĩa regna t̃rarũ suo impio sbiu
gauit. Ierlm aũt ueniens a se
pulchro dñi territus rediit. Sꝫ iñ
p̃tẽ sc̃e crucis q̃ helena ibidẽ relĩq̃
rat asportauit. Volens aũ ab oĩbꝫ
coli. ut dꝰ. turrim ex auro ⁊ argen
to interlucentibꝫ gemmis fecit.
⁊ ibidẽ sol ⁊ lune ⁊ stellarũ yma
gines collocauit. p sbtiles ⁊ oc
cultos ductus q̃si deus aquas desu
p infundebat. ⁊ sb terraneo specu eq̃
quadrigas trahentes in circuitu ambulãt
q̃si turrim mouerẽt ⁊ tonitruũ simu
larent. filio igĩ suo regno tradi
to. in tali p̃hano p̃phanus residet.
⁊ iuxta se crucẽ dñi collocans ap
pellari se ab oĩbꝫ deum iubet ⁊
sic̃ legit̃ in mitrali d officio. ipe cos
droe in trono residens tanq̃ p̃r. lig
nũ crucis sibi ad dextris imposuit